

HORAZ, Oden I 9 /

VIDES UT ALTA

(Im [strengen] Winter / Zum [heitern] Frühling hin /
Die sorglose Zukunft / [...])

Vides ut alta stet nive candidum
Soracte nec iam sustineant onus

3 silvae laborantes geluque
flumina constiterint acuto?

Dissolve frigus ligna super foco
6 large reponens atque benignius
deprome quadrimum Sabina,
o Thaliarche, merum diota.


9 Permite divis cetera, qui simul
stravere ventos aequore fervido
deproeliantis, nec cupressi
12 nec veteres agitantur orni.

Quid si futurum cras, fuge quaerere, et
quem fors dierum cumque dabit, lucro
15 adpone nec dulcis amores
sperne, puer, neque tu choreas,

donec virenti canities abest
18 morosa. Nunc et Campus et areae
lenesque sub noctem susurri
composita repetantur hora,

21 nunc et latentis proditor intumo
gratus puellae risus ab angulo
pignusque dereptum lacertis
24 aut digito male pertinaci.

Metrik: Alkäische Strophe

Kommentar:

Soracte, is (n): NP / Mte Soratte / Berg
nördlich von Rom
gelu, us (n): Eis, Frost

ligna (n): Holzscheite
focus, i (m): Herd, Feuer
quadrimum: vierjährigen (Wein)
ὁ ἄρχων : Leiter / ἡ θαλία: Festgelage
merus, a, um: rein, ungemischt (Wein)
di-ota, ae (f): Zwei-Ohren_Henkelkrug

sternere (Pf. *stravi*): hinstrecken; zur
Ruhe bringen
cupressus, i (f): Zypresse (Baum)
ornus, i (f): Esche (Baum)
agitari (med.): sich regen

lucrum, i (n): Gewinn, Vorteil

chorea, ae (f): Chortanz; Reigen

virens = viridis: frisch; grün; Jugend
canities, ei (f): graue Frabe; Alter
morosus, a, um: mürrisch, eigensinnig
susurrere: flüstern, säuseln, summen

proditor (☞ *prodere*): Verräter
intumus = intimus

pignus, oris (n): Pfand; Unterpfand
de-ripere: abreißen; wegreißen

pertinax, acis (√*tenere*): festhaltend,
ausdauernd, beharrlich